

que talem virum sibi conciliari, veniam dedit<sup>1</sup>. Ille omne illud tempus litteris sermonique Persarum dedit: quibus adeo eruditus est, ut multò commodiùs dicatur apud regem verba fecisse, quàm hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic quum multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, si suis uti consiliis vellet, illum Græciam bello oppressurum, magnis muneribus<sup>2</sup> ab Artaxerxe donatus, in Asiam rediit, domiciliumque Magnesiae<sup>3</sup> sibi constituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his quidem verbis, « quæ » ei panem præberet<sup>4</sup> » (ex quâ regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant); « Lampsacum<sup>5</sup> autem » unde vinum sumeret<sup>6</sup>; » Myntem<sup>7</sup> « ex quâ opsonium haberet<sup>8</sup>. » Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo: sepulcrum prope oppidum<sup>9</sup>, in quo est sepultus; statuæ in foro Magnesiae. De cujus morte multimodis apud plerosque scriptum est; sed nos eundem potissimum Thueydidem aucto-

<sup>1</sup> *Veniam dedit.* Le concedió la gracia que pedia.

<sup>2</sup> *Magnis muneribus.* Grandes mercedes.

<sup>3</sup> *Magnesiae.* Ciudad del Asia menor.

<sup>4</sup> *Quæ ei panem præberet.* Que le diese para pan. El terreno de Magnesia era muy fértil en trigo.

<sup>5</sup> *Lampsacum.* Ciudad marítima junto al Helesponto, y abundante en vinos generosos.

<sup>6</sup> *Unde vinum sumeret.* Que le diese para vino.

<sup>7</sup> *Myntem.* Otra ciudad del Asia menor, abundantísima en pesca.

<sup>8</sup> *Ex qua opsonium haberet.* Que le diese para el plato.

<sup>9</sup> *Prope oppidum.* Junto á Atenas, como consta por haberlo enterrado en secreto sus amigos.

rem probamus, qui illum ait Magnesiae morbo mortuum: neque negat fuisse famam, venenum suâ sponte sumpsisse, quum se, quæ regi de Græciâ opprimendâ pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem, ossa ejus clam in Atticâ<sup>1</sup> ab amicis sepulta, quoniam legibus non concederetur<sup>2</sup>, quòd proditiõnis esset damnatus, memoriæ prodidit.

## III.

## ARÍSTIDES,

## HIJO DE LISÍMACO, ATENIENSE.

## CAPÍTULO I.

Aristides, llamado el *Justo*, es desterrado por causa de sus virtudes. (Año 2 de la olimpiada LXXIV, 485 antes de J. C.)

Aristides, Lysimachi filius, Atheniensis, æqualis fere fuit Themistocli. Itaque cum eo de principatu contendit: namque obtrectarunt inter se<sup>3</sup>. In his autem cognitum est quantò antestaret eloquentia innocentiae<sup>4</sup>. Quamquam enim aq̄ excellebat Aristides

<sup>1</sup> *In Attica.* En el territorio ó cercanías de Atenas.

<sup>2</sup> *Legibus non concederetur.* Las leyes de Atenas prohibian que el traidor á la patria fuese enterrado en ella.

<sup>3</sup> *Obtrectarunt inter se.* Se hicieron mutuamente varias acusaciones.

<sup>4</sup> *Quantò antestaret eloquentia innocentiae.* Quanto mas podia la elocuencia que la inocencia.

abstinentiâ <sup>4</sup>, ut unus, post hominum memoriam; quod quidem nos audierimus, cognomine *Justus* sit appellatus, tamen a Themistocle collabefactus <sup>5</sup>, testulâ illâ <sup>6</sup>, exsilio decem annorum <sup>7</sup> multatus est. Qui quidem quum intelligeret reprimi concitatam multitudinem non posse, cedensque animadverteret quemdam scribeñtem ut patriâ pelleretur, quæsisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tantâ pœnâ dignus duceretur? Cui ille respondit seignorare Aristidem, sed sibi non placere, quòd tam cupidè elaborasset ut præter ceteros *Justus* appellaretur. Hic decem annorum legitimam pœnam <sup>8</sup> non pertulit. Nam, postquam Xerxes in Græciam descendit <sup>9</sup>, sexto fere anno quàm erat expulsus, populiscito <sup>7</sup> in patriam restitutus est. Interfuit autem pugne navali apud Salamina, quæ facta est priùs quàm pœnâ liberaretur.

<sup>4</sup> *Abstinentiâ*. En la moderacion.

<sup>5</sup> *Collabefactus*. Derribado.

<sup>6</sup> *Testulâ illâ*. Con aquella sentència del ostracismo. Véase la vida de Themistocles, cap. 8, notas.

<sup>7</sup> *Decem annorum*. Unas veces este destierro era por diez años, otras veces era perpetuo.

<sup>8</sup> *Legitimam pœnam*. La pena legal.

<sup>9</sup> *In Græciam descendit*. Acometio la Grecia.

<sup>7</sup> *Populiscito*. Por decreto y determinacion del pueblo. *Populiscitum* ó *plebiscitum* es término usado en la república romana, del cual se vale Nepote para explicar lo que pasó en Atenas. Compónese de *populus*, ó de *plebs*, y de *scisco*, *is*, *ivi*, *scitum*, *sciscere*, mandar.

## CAPÍTULO II.

Aristides llamado á su patria es elegido pretor ó estratega: da á los Atenenses el imperio del mar. (Año 4º. de la olimpiada LXXV, 480 antes de J. C.)

Idem prætor fuit Atheniensium apud Plateas, in prælio quo Mardonius <sup>1</sup> fusus <sup>2</sup>, barbarorumque exercitus interfectus est. Neque aliud est ullum hujus <sup>5</sup> in re militari illustre factum, quàm hujus imperii memoria <sup>4</sup>; justitiæ verò, et æquitatis, et innocentie, multa; in primis, quòd ejus æquitate factum est <sup>3</sup>, quum in communi classe esset Græciæ simul cum Pausaniâ, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi a Lacedæmoniis transferretur ad Athenienses. Namque, ante id tempus, et mari et terrâ duces erant Lacedæmonii; tum autem et intemperantiâ Pausaniæ, et justitiâ factum est Aristidis <sup>6</sup>, ut omnes fere civitates Græciæ ad Atheniensium societatem se applicarent, et adversus barbaros hos <sup>7</sup> duces deligerent sibi, quò faciliùs repellerent, si fortè bellum renovare conarentur.

<sup>1</sup> *Mardonius*. Uno de los capitanes del ejército de Jerjes.

<sup>2</sup> *Fusus*. Derrotado.

<sup>5</sup> *Hujus*. De Aristides.

<sup>4</sup> *Quàm hujus imperii memoria*. Sino la memoria de haber mandado entonces.

<sup>3</sup> *In primis, quòd ejus æquitate factum est*. Lo primero, que se debió á su justificacion.

<sup>6</sup> *Tum autem et intemperantiâ Pausaniæ, et justitiâ factum est Aristidis*. Pero entonces asi por la mala conducta de Pausanias, como por el justificado proceder de Aristides sucedió.

<sup>7</sup> *Hos*. Los Atenenses.

## CAPÍTULO III.

Aristides es tesorero del erario público : muere pobre. (Año 2 de la olimpiada LXXVIII, 467 antes de J. C.)

Ad classes ædificandas exercitusque comparandos, quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus est qui constitueret<sup>1</sup>. Ejus arbitrio<sup>2</sup> quadringena et sexaginta talenta quotannis Delum<sup>3</sup> sunt collata : id enim commune ærarium esse voluerunt. Quæ omnis pecunia postero tempore<sup>4</sup> Athenas translata est. Hic quâ fuerit abstinentiâ nullum est certius indicium, quàm quòd, quum tantis rebus præfuisset, in tantâ paupertate decessit, ut qui efferretur<sup>5</sup> vix reliquerit. Quo factum est ut filiae ejus publicè<sup>6</sup> alerentur, et de communi ærario dotibus datis collocarentur<sup>7</sup>. Decessit autem fere post annum quartum quàm Themistocles Athenis erat expulsus.

<sup>1</sup> Qui constitueret. Para tasar.

<sup>2</sup> Ejus arbitrio. Por su disposicion.

<sup>3</sup> Delum. Isla la mas famosa de las Cícladas, especialmente por el templo de Apolo, en el cual, como en erario comun, se depositaban los caudales, y se daban por seguros por el respeto à la religion.

<sup>4</sup> Postero tempore. Despues, ó con el tiempo.

<sup>5</sup> Qui efferretur. Con que ser enterrado.

<sup>6</sup> Publicè. A expensas del público.

<sup>7</sup> Collocarentur. Tomasen estado.

## IV.

## PAUSANIAS,

## HIJO DE CLEOMBROTO, LACEDEMONIO.

## CAPÍTULO I.

Victoria que alcanza contra Mardonio, con la que se llena de orgullo. (Año 2 de la olimpiada LXXV, 479 antes de J. C.)

Pausanias, Lacedæmonius, magnus homo, sed varius in omni genere vite fuit : nam ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus<sup>1</sup>. Hujus illustrissimum est prælium apud Plataeas : namque, illo duce, Mardonius, satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus, cum ducentis millibus peditum, quos virilim legerat<sup>2</sup>, et viginti millibus equitum, haud ita magnâ manu Græciâ fugatus est ; eoque ipse dux<sup>3</sup> cecidit prælio. Quâ victoriâ elatus, plurima miscere cœpit<sup>4</sup>, et majora concupiscere. Sed primùm in eo est reprehensus, quòd ex prædâ tripodem<sup>5</sup> aureum

<sup>1</sup> Vitiis est obrutus. Se envileció con los vicios.

<sup>2</sup> Quos virilim legerat. Que él mismo habia escogido cada uno de por sí.

<sup>3</sup> Ipse dux. Mardonio.

<sup>4</sup> Plurima miscere cœpit. Empezó á revolverlo todo.

<sup>5</sup> Tripodem. Tripode, ó banco de tres piés, en que se solia sentar la sacerdotisa para dar los oráculos.